nec caput modo, sed scapulas, sed tibias, sed totum corpus, proba
me nunc militem, experire bonum, hic ne discipulum tuum
exerceri placido animo vultu, hae sentes sunt mihi deliciae, hae
rosarum sponda aurea, haec purpura Regalis; dixit, et ut Heros in-
trepidus constansque, audite stupendum, fortissimusque Adolescentis
factum, in extentos, quos iuxta vidit spinarum vepriumque aculeos
reformidante natura, perhorrescente, reluctanteque carnis mollitie Ve-
neri, oculisque insultans, rigidus sui ultor, vi impetuque infigit, cruo-
re hinc inde defluente non secus atque triumphatori sublime in
curru triumphali pompas superbissima circumvecto opima spolia
victoriaeque signa magnifice dependent, defluuntque: Tum illa
egregia (si Diis placet) Idalii Regina indolere, ab huius aeta-
tis adolescente, illius nimirum, in qua ipsa mollius quiescere, blan-
dius ludere, sed et perniciosius laedere, veracius dominari, imo Tyran-
nidem exercere solita, a tali inquam Adolescente se devictam
lugere, denique illius animum turpi suffusa rubore deserere coepit
sicque tenus levissima in ventum abiit, cum vento dis malescada
evanuitque Cupido, sic saepe videmus fuga meditatos, sed reversos
viribus animisque resumptis firmius hosti insistere, constantius pro-
pugnare, gloriosissime vincere, contra victorem Exercitum
à nova hostium mora impetitum rubere, pariterque in iras
excandescere, cum, quam iam sibi, cruentam licet, pepererat
victoriam hosti relinquere, tergaque vertere cogitur; sic Lupum
cum agnum sibi e faucibus ereptum a pastoribus cernit, efferari
maxime, sic indignari pallere experimur avarum, cum aliquem mer
merca: